



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Joannis Commirii E Societate Jesu Carminum Libri Tres**

**Commire, Jean**

**Lutetiæ Parisiorum, 1678**

XVII. Ad Eundem Celsissimum Principem Ferdinandum. Pro altero numismate ad nos misso.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14818**

CELISSIMUM PRINCEPEM FERDINANDUM.

*Pro altero numismate ad nos misso.*

**V**OTA suos habuere Deos: suffusa pudore  
 Quem charta erubuit poscere, nummus adest.  
 Nummus adest puro gravis & spectabilis auro:  
 Et sacra, quod volui, principis ora refert.  
 Gratia Ferdinande tibi: sum munere tanto  
 Factus ego dives, qui modo pauper eram.  
 Nempe ingens nummo venit thesaurus in uno:  
 Pyxis & immensas parva recondit opes.  
 Hunc teneo, hunc cura noctesque diesque fideli  
 Amplector; cupido nec sino abire sinu.  
 Ne tamen id vitio quisquam mihi vertat. Avarum  
 Non licet esse auri, sed decet esse tui.

XVIII.

AD EUNDEM.

*Cum è periculosissimo dysenteria morbo convaluisset,*

**G**RATIA magna Deo, vivis Fernande: nec ausa est  
 Funeris invidiam parca subire tui.  
 Carmina sed vatum metuens ultricia & iras,  
 Projecit trepidâ tela cruenta manu.  
 Schatenum ante tamen, meditati ne foret expers  
 Criminis, exitio perfidiosa dedit.  
 Schatenum patriæ cujus tumulata sepulcro  
 Heu! lux historiæ conditur atque fides.

P. Nicolaus Schatenus S. J. ea luce perit dum carissimo principi fidelicem operam dabat.